

Dominum Veriensem, maris praefectum et ducem itineris, applicuisse.  
Bene vale.

Salutabis meo nomine Beatum Rhenanum, amicum charissimum ;  
quidni charissimum, presertim qui tibi tam charus, cui ego optimus  
20 et integerrimus sum Pylades. Anuerpiaie postridie Penthecostes.

Eximio theologo omniumque litterarum callentissimo domino  
Erasmio Roterodamo, et patri et praeceptori obseruandissimo.  
To Basell.

## 847. TO PETER BARBIRIUS.

Deventer MS. 91, f. 17.  
LB. App. 284.

Basle.  
31 May 1518.

[This and Ep. 848 are copied by a new hand, E, evidently someone engaged at Basle. For some reason he did not stay long in Erasmus' service, the only other work by him in the MS. being numerations of some of the leaves (see vol. i, pp. 605,6). The date is unquestionable.]

## ERASMVS BARBIRIO SVO S. P.

Ipsa Ascensionis die Basileam perueni, itinere satis difficili,  
praesertim ob aestum. Opus Noui Testamenti iam in manibus  
est excuditurque. Sed grassatur hic per vniuersam Germaniam  
noua quedam pestis, quae tussi, dolore capitis, torminibus viscerum  
5 plurimos corripit, multos occidit, sed plures relinquit. Ea me  
quoque post decimum diem corripuit, et iam dies aliquot male  
affligit. Intra tres menses hinc me explicuissem, si valetudo fuisset  
prospera. Eo deduxeram opus ; sed fatis cedendum. Si Moecenas  
meus optimus valet tuque vales, est quur mollius feram meam infoeli-  
10 citatem. Bene vale. Basilee postridie Trinitatis Anno M.D. 18.

Scripsi iam pridem et tibi et domino Cancellario e Louanio, quod  
tu ita iusseras. Guidoni opto omnia fausta.

## 848. TO THOMAS MORE.

Deventer MS. 91, f. 17.  
LB. App. 285.

Basle.  
31 May (1518).

## ERASMVS MORO SVO S. D.

Ipsa die Ascensionis Basileam peruenimus, itinere ob aestum satis  
difficili, sed tamen incolumes. Sed grassatur per vniuersam

847. 1. LB: itineri MS.

848. 1. LB: itineri MS.

wishes Charles was sending Ferdinand to the Burgundian provinces, in accordance with a promise to the Netherland Estates ; see E. Armstrong, *Charles v*, i. 20-1, 30-2. Ferdinand left Santander c. 22 May, and after touching Ireland landed in Flanders on 15 June (Brewer ii. 4188, 4236).

846. 16. Veriensem] Adolphus ; see Ep. 93 introd.

20. Pylades] Cf. Ep. 849. 10, 1.

847. 1. Ascensionis] 13 May.

5. me quoque] Cf. Ep. 844. 293 n.

8. Moecenas] Le Sauvage.

11. Scripsi] Epp. 793, 4.

12. Guidoni] Morillon.

Germaniam noua quedam pestis, quae simul et tussim habet et capitis dolorem, in nonnullis vsque ad phrenesim et viscerum tormina. Amici scripserant eam iam extinctam esse. Haec me 5 post decimum diem corripuit, et iam dies aliquot male affligit. Sed tamen sum . . . . Multos quidem occidit illa, sed plures relinquit. Opus Noui Testamenti iam in cursu est. Curauit tria volumina excudenda in membranis. De vno iusserat Tunstallus. Si valetudo fuisset prospera duos duntaxat menses, in eum pro- 10 duxissem locum vt me quoque absente potuisset absolui. Sed fatis agimur, fatis cedendum est. Si fauebunt superi, proximo Septembre reddemus nos Brabantie. Opus tamen non poterit absolui ante proximas nundinas. Haec fac vt sciat etiam Tunstallus. Bene vale, amicorum charissime. Basilee postridie Trinitatis. 15

## 849. FROM PETER GILLES.

Farrago p. 191.

F. p. 327 : HN : Lond. vii. 28 : LB. 436.

Antwerp.

19 June (1518).

[The year-date, added in H, can be corrected from the arrival of Ferdinand and from Erasmus' absence at Basle. The later news about Francis Berckman in ll. 40, 1 shows that some interval had elapsed since the commencement of the letter.]

## D. ERASMO ROT. SVO PETRVS AEGIDIVS S. D.

VIDEO te occupatissimum, qui ad quaternas meas literas non responderis. Venit nuper ad nos tabellio quispiam cum literis ad Io. Neuium tuis. Aberat Franciscus in Britannia cum ille adesset : delatae sunt tandem ad me cum epistola quadam Frobenii, quam sum apprime exosculatus. 5

Borsalus decanatum, vt vocant, nactus est. Hac proficiscens in Selandiam nos inuisit, te Basileam peruenisse narrauit : vnde vehementissime sum gratulatus. Ecquid ni gratuler qui, quoties tui fit mentio, gestire, tripudiare et subsilire soleo ? Quaeso te, Erasme mi, si quando dabitur occasio, vt Pyladi tuo (sic enim me non minus ex 10 animo quam vere nuncupas) aliquid literarum mittere haud graueris.

848. 5. scripserant *scripsi* : scripserunt MS. 7. Post sum *desunt plus minus duo verba ; vbi nouus amanuensis, scilicet Erasmi manus imperitus, apices nouem dat.*  
12. Septembre : cf. Ep. 839. 7. 849. 8. gratulatus E : gausus F. Ecquid E : Et quid H. gratuler E : gaudeam F. 11. haud E : ne H.

848. 5. Amici] Epp. 801, 2.  
9. De vno] Cf. Ep. 886. 22. Another was sent to Erard de la Marck ; see p. 168.

11. fatis] Cf. Ep. 794. 84.  
849. 1. quaternas] Ep. 846 is the only one of these which survives.  
2. literis] Cf. l. 14 ; neither is extant.

4. Frobenii] Perhaps accompanying a present of the Basle *Vitopia*, March 1518.  
6. Borsalus] Cf. Epp. 291, 737, 805, 932. 43 n.  
proficiscens] From Louvain ; cf. Ep. 737.  
10. Pyladi] Cf. Ep. 846. 20.